

Josue: *Et factum est post mortem &c. tam nomine quam re significat Josue Christum. Nomine quia saluator interpretatur. Requia populum in terram promissionis introduxit &c. Liber Judicum: Post mortem iosue &c. Liber iste dicitur hebraice softim latine iudicum &c. Ruth vero habet Proemolum, sed a Tanneriano diversum; nam inquit: Nota, sicut brevis manibus apis et ex ea magnus extrahitur fructus, ita hic liber est modicus sed magna ponderositate refertus &c. Videant, quibus plurium Exemplarium inter se conferendorum est copia. Quidquid ceterum Scriptores quidam de hoc Viro ferant, ego persuadere mihi nunquam potui, Hominem insignibus vitiis laborare, qui totam vitam sacris literis excolendis et piis lucubrationibus impenderit.*

III. fol. 293. redit Hugo postillator super Judicum libro, ut T. I. supracit.

CXXX.

U. 28 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 388. f. per duas columnas probe scriptus et rubricis illustratus olim M. Thomae Wolfel de Wuldersdorf 1478. legato continet Nicolai de Lira Postillas in IV. Regum, Paralipomena, Orationem Manassis, XII. Prophetas minores adhaerente Baruch, III. Esdrae, Tobiam, Judith, Esther, II. Machabaeorum. Fol. 133. post Libros Regum in ora infima: Ego Sigismundus Puchberger finivi 1455. barnabe. Idem

Librarius fol. 154. L. I. Paralip. c. 23. linea 1. *νευτολογεαφια* suam nobis propinavit verba: *Igitur David &c. characteribus exoticis repraesentando. Fol. item 341. p. 2. Antiochi M. Genealogiam tabellarem inferuit.*

CXXXI.

U. 25 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 404. per duas columnas bene descriptus et rubricis enotatus, Donum Thomae de Wuldersdorf, ut antecedens, completitur ejusdem Lirani Postillas in Job, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem et Danielelem. Initium: *Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Math. 8. Quamuis uerbum propositum sit &c.*

CXXXII.

U. 122 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 286. 4. currente calamo perscriptus ad calcem haec refert: *Istum librum legavit Magister Rùgerus Dole felicitis recordationis collegio Ducis qui viam uniuerse carnis ingressus est Anno &c. Quadringentesimo Nono vicesimo sexto die Mensis Nouembris, cuius anima requiescat in pace. Amen. Precessit. Nos sequimur. Vir hic patria Ruraemundanus, popularibus suis ignotus, inter primos Academiae nostrae alumnos jam a. 1390. Philosophiae Decanatu functus a. 1407. fasces Rector gessit, simul D. Stephani Canonicus, et Plebanus, ut habent Catalogi, in Schrefling, fortasse re-*
ctius